



R^{ex} Christianissime & Dux Mediolani &c. Ab æterno
habebant vestri fideli^{ssimi} seruitores Nobiles ac
Comune & homines loci de Canegratæ riale vnum
per quod diuertebatur, & conducebatur ex aqua
fluminis Olonæ ad ipsum locum Canegratæ ad
vsum & commodum dicti loci & hominum habitan.
in ipso loco, quod riale, & ius conducendi aquam prædictam per
riale Nobiles, & vicini loci prædicti Canegratæ pub. documento
cesserunt, & transplerunt conditionaliter tamen habita prius li-
centia à M. V. ita quod non aliter, vestis fidelissimis seruitoribus
Io. Iacobo, & Io. Angelo fratribus de Gallerate qui sunt ex Nobi-
libus habent bona in ipso loco, & eius territorio. Sed quoniam ex
dispositione statutorum communis Mediolani positorum sub ru-
brica generali de extraord. quod incipit aliquæ Communatæ &c.
iura aquarum communiarum non possunt vendi, alienari, nec
obligari sub quadam poena sine Ducali dispensatione, & prout la-
tius in eo statuto religitur & propterea hesitatur ne aliquid in futurum
objiciatur dictam cessionem non valere, quia facta fuit sine
Ducali dispensatione, & ut ipsa cessio, & contenta in ea suum for-
tantur effectum ad M. V. recurrent fratres ipsi, præsidium implo-
rando.

Supplicando eisdem humiliter quatenus attento quod ipsi fratres ex-
ponentes sunt ex nobilibus dicti loci Canegratæ, & quod intendunt
dictum riale vii., & aptari facere, quæ si fieri cederet ad commodum
ipsorum, & etiam aliorum habitan. in ipso ibidem, conualidare ap-
probare, & confirmare dictum instrumentum cession. & contenta
in eo prout iacet ad litteram, ac decernere, & dispensare dictum
instrumentum cessionis, & contenta in eo valere, & tenere, & effe-
ctum sortiri, quemadmodum si facta fuissent cum dispensatione
Ducali, & quatenus opus sit de novo concedere, & dispenses quod
ipsi Nobiles, & vicini loci prædicti possint, & valeant tutè liberè &
impune omne ius quod habent, & eisdem quomodolibet compe-
tit in & super dicta aqua, & riale cedere, & transferre ipsis fratri-
bus, & quocunque exinde expedien. facere, atque celebrari face-
re, quæ omnia ubi facta fuerint valeant, & teneant irreuocabiliter,
dictis statuto, & alijs quibuscunque in contrarium disponentibus
non obstantibus etiam si de ijs necesse esset facere specialem men-
tionem, & derogationem quibus &c.

Fiant

Fiant litteræ confirmationis in forma, accedente tamen consensu maiori partis habentium bona in dicto territorio. *Lignac* *Gres* *Orne*
Ludouicus Dei gratia Francorum Rex. Mediolani Dux &c. Vniuersitatis præsentes inspecturis salutem. Nomine Ioannis Iacobi, & Io. Angeli fratrum de Galerate annexas preces habuimus: Quorum considerata continentia per has nostras instrumenta cessionum in supplicatione memorata modo alias sint valida quo ad contenta in supplicatione confirmamus, conualidamus, & approbamus accedente tamen consensu maioris partis habentium bona in territorio memorato. Mandantes quibuscunque officialibus, & iudicentibus nostris, feudatariorumq; nostrorum, ut praedicta instrumenta modo alias ut supra sint valida quo ad expressam supplicatione obseruent, & a partibus obseruat faciant: his quorum supplicatio meminit ceterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibus omnibus in hac parte tantum derogamus, & derogatum esse volumus. Dat. Mediolani die 18. Augusti 1507.
& Regni nostri decimo.

Per Regem Ducem Mediolani ad relationem consilij.

B. Chalcus.

Locutus uestigium signi in cera nigra

*Concordat ex monte alpino exhibitorum die luna vixmo quarti
Mentis 1623 in ferme, et rectebris*

*Steph. Pistoria not. apud Thicod. illuminis
Oros Cancell. pro. f. dicit f.*

Antonius